

lectica et noctibus fere eaque lenta ac minuta faciebat, ut Praeneste uel Tibur biduo procederet; ac si quo peruenire mari posset, potius nauigabat. uerum tantam 2 infirmitatem magna cura tuebatur, in primis lauandi 5 raritate; unguebatur enim saepius aut sudabat ad flammam, deinde perfundebatur egelida aqua uel sole multo tepefacta. at quotiens neruorum causa marinis Albulisque calidis utendum esset, contentus hoc erat ut insidens ligneo solio, quod ipse Hispanico uerbo duretam 10 uocabat, manus ac pedes alternis iactaret.

Exercitationes campestris equorum et armorum 83 statim post ciuilia bella omisit et ad pilam primo folliculumque transiit, mox nihil aliud quam uectabatur et deambulabat, ita ut in extremis spatiis subsultim 15 decurreret †sestertio uel lodicula inuolutus. animi laxandi causa modo piscabatur hamo, modo talis aut ocellatis nucibusque ludebat cum pueris minutis, quos facie et garrulitate amabilis undique conquirebat, praecipue Mauros et Syros. nam pumilos atque distortos 20 et omnis generis eiusdem ut ludibria naturae malique ominis abhorrebat.

Eloquentiam studiaque liberalia ab aetate prima 84 et cupide et laboriosissime exercuit. Mutinensi bello in tanta mole rerum et legisse et scripsisse et declamasse 25 cotidie traditur. nam deinceps neque in senatu neque apud populum neque apud milites locutus est umquam nisi meditata et composita oratione, quamuis non deficeretur ad subita extemporalis facultate. ac ne periculum memoriae adiret aut in ediscendo tempus absumeret, instituit recitare omnia. sermones quoque cum 30 singulis atque etiam cum Liuia sua grauiore non nisi

2 tibur T, tibur rel. (inde in biduo Oud.) 4 in om. MGVL 7 at] aut Roth calidis albulisque Torr. 12 pilam] primam M 15 segestro Cuiacius, segestria Roth 18 facie T, facile rel. amabilis MG VQ¹, -es rel. 19 pumilos (uel pom-) X 27 deficeret X 29 absumeret S²5. assumeret (ada- VPS¹) rel. (Ω)

scriptos et e libello habebat, ne plus minusue loqueretur ex tempore. pronuntiabat dulci et proprio quodam oris sono dabatque assidue phonasco operam; sed nonnumquam infirmatis faucibus praeconis uoce ad populum contionatus est.

- 85 Multa uarii generis prosa oratione composuit, ex quibus nonnulla in coetu familiarium uelut in auditorio recitauit, sicut rescripta Bruto de Catone, quae uolumina cum iam senior ex magna parte legisset, fatigatus Tiberio tradidit perlegenda; item hortationes ad philosophiam, et aliqua de uita sua, quam tredecim 5
2 libris Cantabrico tenuis bello nec ultra exposuit. poetica summatim attigit. unus liber extat scriptus ab eo hexametris uersibus, cuius et argumentum et titulus est Sicilia; extat alter aequae modicus epigrammatum, quae fere tempore balinei meditabatur. nam 15
tragoediam magno impetu exorsus, non succedenti stilo, aboleuit quaerentibusque amicis, quidnam Ajax ageret, respondit Aiacem suum in spongiam incubuisse.
- 86 Genus eloquendi secutus est elegans et temperatum 20
uitatis sententiarum ineptiis atque concinnitate et reconditorum uerborum, ut ipse dicit, fetoribus; praecipuamque curam duxit sensum animi quam apertissime exprimere. quod quo facilius efficeret aut neubi lectorem uel auditorem obturbaret ac moraretur, 25
neque praepositiones urbibus addere neque coniunctiones saepius iterare dubitauit, quae detractae afferunt aliquid
2 obscuritatis, etsi gratiam augent. cacozeleos et antiquarios, ut diuerso genere uitiosos, pari fastidio spreuit exagitabatque nonnumquam; in primis Maecenatem 30
suum, cuius myrobrechis, ut ait, cincinnos usque quaque persequitur et imitando per iocum irridet. sed nec Tiberio parcit et exoletas interdum et reconditas

1 scriptos 5, scriptis Q, in scriptis 5, de scripto *Modd.*
3 phonaisco *MT*, -nusco *G* 12 poeticam *ΠQ* 16 balnei
M²XII 17 succedente *ΠQ* 26 ubibus *G*, uerbis *L²T5*
33 ut exol. *Bentl.*

uoces aucupanti. M. quidem Antonium ut insanum increpat, quasi ea scribentem, quae mirentur potius homines quam intellegant; deinde ludens malum et inconstans in eligendo genere dicendi ingenium eius, addit
 5 haec: tuque dubitas, Cimberne Annius an Veranus
 6 Flaccus imitandi sint tibi, ita ut uerbis, quae Crispus Sallustius excerpsit ex Originibus
 7 Catonis, utaris? an potius Asiaticorum oratorum inani[bus] sententiis uerborum uolubilitas
 8 in nostrum sermonem transferenda? et quaedam epistula Agrippinae neptis ingenium conlaudans: sed opus est, inquit, dare te operam, ne moleste scribas et loquaris.

Cotidiano sermone quaedam frequentius et nota
 15 biliter usurpasse eum, litterae ipsius autographae ostentant, in quibus identidem, cum aliquos numquam soluturos significare uult, ad K(a)l(endas) Graecas soluturos ait; et cum hortatur ferenda esse praesentia, qualiacumque sint: contenti simus hoc Catone; et
 20 ad exprimendam festinatae rei uelocitatem: celerius quam asparagi cocuntur. ponit assidue et pro stulto
 21 baceolum apud pullum pulleiaceum et pro cerrito uacerrosum et uapide se habere pro male et betizare pro languere, quod uulgo lachanizare dicitur;
 22 item simus pro sumus et domos genetiuo casu singulari pro domuos. nec umquam aliter haec duo, ne quis mendam magis quam consuetudinem putet.

Notauit et in chirographo eius illa praecipue: non
 23 diuidit uerba nec ab extrema parte uersuum abundantis

4 ingenium *T'*, om. rel., iudicium *Bentl. recte puto* 5 an] ac *Bentl. fort. recte*, aut *F. A. Wolf* Verrius *Beroald.*, Granius *Casaub.* 9 inanis *I. F. Gron.* 12 sed] et *M* 19 sumus *MGL¹P¹* 22 baceolum *Erasm.* apud pullum] et pro pullo *S₅ (uulg.)*, aut pullum (*et tum gallinaceum*) *Bentl.*, ut pullum *Roth*, caput aut pullum *Becker* pullaceum *ed. Ald. 1516 al.* 24 quod — dicitur *del. Polak* 25 domuos *Ritschl* 26 domus *T (edd.)* 29 diuidit *P³S³T₅*, diuidit et *T*, diuidite *rel.*

litteras in alterum transfert, sed ibidem statim subicit
 88 circumducitque. orthographiam, id est formulam ra-
 tionemque scribendi a grammaticis institutam, non adeo
 custodi[i]t ac uidetur eorum potius sequi opinionem,
 qui perinde scribendum ac loquamur existiment. nam 5
 quod saepe non litteras modo sed syllabas aut permutat
 aut praeterit, communis hominum error est. nec ego
 id notarem, nisi mihi mirum uideretur tradidisse ali-
 quos, legato eum consulari successorem dedisse ut
 rudi et indocto, cuius manu ixi pro ipsi scriptum anim- 10
 aduerterit. quotiens autem per notas scribit, B pro
 A, C pro B ac deinceps eadem ratione sequentis litteras
 ponit; pro X autem duplex A.

89 Ne Graecarum quidem disciplinarum leuiore studio
 tenebatur. in quibus et ipsis praestabat largiter magi- 15
 stro dicendi usus Apollodoro Pergameno, quem iam
 grandem natu Apolloniam quoque secum ab urbe iuuenis
 adhuc eduxerat, deinde eruditione etiam uaria repletus
 [s]per Arei philosophi filiorumque eius Dionysi et Nica-
 noris contubernium; non tamen ut aut loqueretur ex- 20
 pedite aut componere aliquid auderet; nam et si quid
 res exigeret, Latine formabat uertendumque alii dabat.
 sed plane poematum quoque non imperitus, delectabatur
 etiam comoedia ueteri et saepe eam exhibuit specta-
 2 culis publicis. In euoluendis utriusque linguae auctori-
 bus nihil aequae sectabatur, quam praecepta et exempla
 publice uel priuatim salubria, eaque ad uerbum ex-
 cerpta aut ad domesticos aut ad exercituum prouin-
 ciarumque rectores aut ad urbis magistratus plerumque
 mittebat, prout quique monitione indigerent. etiam 30
 libros totos et senatui recitauit et populo notos per

4 custodit Q₅ 7 praeteriit *MGV* 12 C. pro hac *M*
 19 sperarei *MGVT*, *om. X*, *corr. Salm.* 20 contubernium
 (contintib- *V*) *MVL*¹, contubernio *IR* iniit *post* contub.
add. X 22 dabat, sed plane. *disting. Bentl.* 28 exercitum
*codd. praeter GNL*³